

Werk

Titel: Decanus Facultatis Medicae Augustinus Henricus Faschius, D. Anatom. Chirurg. &
Untertitel: [Dab. Ienae, A.O.R. MDCLXXXV. Maii XXIV.]
Autor: Fasch, Augustin Heinrich
Ort: [S.l.]
Jahr: 1685
Kollektion: VD17-Mainstream
Gattung: Medizin; Gelegenheitsschrift:Promotion; Gelegenheitsschrift:Einladung; Hochschulschrift
Digitalisiert: Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Werk Id: PPN769147380
PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN769147380>
OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=769147380>

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
 Georg-August-Universität Göttingen
 Platz der Göttinger Sieben 1
 37073 Göttingen
 Germany
 Email: gdz@sub.uni-goettingen.de

64

DECANUS
FACULTATIS MEDICAE

AUGUSTINUS HENRICUS
FASCHIUS, D.

Anatom. Chirurg. & Botanic.

Prof. Publ.

Archiat. Duc. Sax.

L. B. S. D.

EUMQUE

ad hanc DE LUMBRICIS disputationem
inauguralem

*officiosè & amicè
invitat.*

DECANUS
FACULTATIS MEDICAE
AUGUSTINUS HENRICUS
FASCHILUS D.

Anatom. Chirurg. & Botanic.
Prof. Publ.
Archibater Duc. Sax.
L. B. S. D.

ad hanc de lumbis disputationem

mo
aff
pri
inte
viv
met
& m
lor!
an
hoc
mes
& p
men
re, &
nob
nem
men
per



AΝΘΡΩΠΟΝ ΕΙΝΑΙ ΨΥΧΑΙΟΝ ΒΑΣΙ-
ΖΟΝ *van egv*, qui scripsit, elegantissimè æ-
què, quàm verissimè scripsit.

Ea enim est mortalium misera con-
ditio, ut quotquot illorum universi
hujus continentur ambitu, innumeris
morborum & ægritudinum insultibus obnoxii sint.

Neque verò sat est, tot mortis præconibus, *morbis*,
affligi; excruciat subindè hominem viva mors, ex pro-
priis genita visceribus cadaverosa soboles. *Verminosam*
intelligo fœturam, in quam non mortuos tantum, sed
vivos etiam homines apire non rarò, & diversa in se-
metipsis vermiculorum genera progignere variosq; hinc
& miserabiles experiri cruciatus, quotidiana, proh do-
lor! eloquitur experientia.

Videlicet, quid aliud est verminosus homo, ab
animâ si abstrahas, quàm vivum cadaver, iisdem cum
hoc obnoxius fatis? Corruptitur, putrescit, in ver-
mes resolvitur. Lamentabilis adspectu, horrenda ortu
& prodigiosa effectû res!

Quem enim, quæso, non misereatur, immortalis
mentis sedem, nitidissimum corpus, vivum putresce-
re, & ex putredine, ceu matre, è corruptô, quod ad
nobiliorè longè effectum, corporis scilicet restauratio-
nem, juxta naturæ intensionem destinatum fuit, ali-
mentô contractâ jam animari in vermes, fœda & im-
perfecta animalcula, vitæ & corporis tortores?

Quem non afficiat, vix ullam humanô in corpore vitalium operationum officinam, quam nobilis etiam illa sit, existere, quæ non talismodi sæpè parturiat fœturam in sui interitum?

Si etenim Medicorum consulamus historias, non in intercutaneis tantummodò, vel dentium, intestinorum, renum & vesicæ, aut vilioribus aliis humani corporis recessibus, sed intra præcipuas etiam officinas, vitæ non solum liminis, ventriculi; & fontis etiam, cordis ipsius, & puriorum spirituum domicilii, cerebri, nec non balsamicæ bilis, jurati vermium hostis, scaturiginis, hepatis nempe, inq̃ ipsi sanguinis undis & reliquarum, sensibus aliis ministrantium partium, artificiosissimis machinis, miris iisque variis modis fœturam ex spuria putredine pullulasse, deprehendemus.

Exempli locò esse & omnium vicem supplere hîc poterit Matrona quædam honestissima, marito suo spem faciens prolis certissimam, quam confirmabant mulierculæ omnes, expectantes filiolum, futurum parentis gaudium.

Verum enim verò, quamvis ex variis signis, præcipuè nifu imminentis puerperii spes fuerit facta ab adstantibus, omniaque parata steterint; nihilo tamen minus spe cedere suâ omnes; siquidem ad sextum idem permanfit status mensem. Tandem verò post usum pharmacorum propulsis veræ ingravidationis signis, exclusâ succedentibus diebus est amplissima fœtura lumbricorum per secessum partim liberorum, partim membraneis involucris ad ovi gallinacei magnitudinem inclusorum, ut jurarem, aliquot millia rejecta fuisse per vices verminosæ sobolis agmina.

Et quis hujus verminositatis effectus alios non mirabitur, stupendorum nempe symptomatum κατὰ-
συιν?

suorum? Corporis volo exesiones, consumptiones, dolores immanes, syncopes, membrorum omnium, artuum, corporisque concussiones, conquassationes, convulsiones & quæ sunt alia hinc oriunda satis horrenda symptomata, inexplicabili ferè modò affligentia infirmos, ut sæpè veneficis, aut eorum Patrono, Satanæ, imputare non vereantur homines, cùm tamen, si apertioribus intueamur oculis & veræ rationis bilance examinemus rem, miseri isti vermes lateant, lancinent-que lumbrici.

De horum origine, causis, & quibus remediis è corpore ejici possint hi molestissimi hospites, ex sententiâ recentiorum in disputatione suâ Inaugurali de LUMBRICIS fusiùs aget Clarissimus

JOHANNES GEORGIUS GLEZ/

Medicinæ Doctorandus dignissimus;
cujus ut vitæ laudabiliter actæ studiorumque ratio nunc addatur, laudabilis mos postulat.

Nactus est patriam, *Zittaviam*, superioris Lusatiae urbem conspicuam An. MDC LIX. patre præstantissimo ac doctissimo *Friderico Gley*, Juris ibidem Practico, & matre *Rosina*, nata *Waltheriana*, nunc beatis.

Quando autem parentes animadverterent, disciplinæ capacem fore filium, eum statim privatae præceptorum concrediderunt informationi, ut ad rectam civilis & æternæ felicitatis semitam sedulo duceretur.

Relictis pueritiæ circulis ad altiora cùm animus adspiraret, celeberrimo patrii Gymnasii t. t. Rectori *M. Christophoro Vogelio*, jampiè defuncto, committebatur; cujus dexterrimam informationem in physicis, historicis & principiis mathematicis abunde perceptam hîc publicè laudat. Post hujus beatum obitum verò Clarissimi successoris *M. Christiani Weisi* in exerci-

tio oratorio politico indefessam diligentia operam,
expertus est.

Laudabilibus factis studiorum incrementis char-
rissimi parentis indultu An. M D C L X X I X. Mense
Januario ad almam hanc Salanam sese contulit, & col-
legia philosophica visitare incepit, eligens sibi Præ-
ceptores Nobil. & Excellentissimos Viros, *Weigelium*, in
Mathematicis, & *Casparem Posnerum* in physicis.

Ante omnia autem medicinam colere cœpit, undè
in chemicis demonstrantem, ut & manuductionem ad
methodum medendi docentem audivit Nobiliss. Ex-
cellentiss. Experientissimum Virum, *Rudolphum Wilhel-
mum Krausium*, Phil. & Med. Doct. Chim. & Prax. Prof.
Publ. Facultatis medicæ Senioremem venerandum. In
physiologicis, pathologicis & meth. medendi curiosâ
explicatione commentantem sectatus sedulò est Virum
itidem Nobiliss. Excellentiss. Experientissimum, *Geor-
gium Wolfgangum Wedelium*, Theoret. P. P. celeberrî-
mum, cujus informationem dexteritate laudabili, tam
publice quàm privatim peractam, gratissimo adhuc a-
gnoscat animo. In anatomicis & botanicis demon-
strationibus publicis & privatis indefessam locavisse
operam, ipsemet testatum facio.

Nec silentio præteriri vult conversationem priva-
tam cum Nobiliss. *Friderico Hoffmanno*, Med. Doct. &
nunc Practico apud Mindenses famigerabili, sub cu-
jus moderamine publicè thema *Morbi convulsivi à viso
spectro* cum laude defendit.

Jactis egregiis fundamentis, ad studium medi-
cum summè necessariis, perpendit Noster, hodiè per
quietem & ægritudinem curationes Deos nobis ne-
quaquam ostendere, sicuti in Æsculapii templo, stra-
tis ovium pellibus inter dormiendum in somnis,
mor-

morborum remedia captare licitum erat ; Ideò Ex-
teros bonis satis auspiciis adiit, tutissima artis nostræ
præsidia & laudabilem scientiam acquisiturus.

Proindè An. MDCLXXXII. per celebriora Ger-
maniæ loca in *Bataviam* abiit, & præ cæteris *Lugdu-
nenses*, studiorum suorum altrices elegit, harumq; am-
plexu per semestre delectatus lectionibus curiosissimis
Medicorum ibi excellentissimorum, *Drelincurtii*, *Schach-
tii*, *Hermanni*, quorum omnium indefessam operam gra-
tissima hic deprædicat mente. Post per præcipua *Bra-
bandia*, *Flandria*, *Burgundia*, & *Artæsa* loca in *Angliam* fe-
contulit, & lustratâ aliquandiu instructissima *Oxonien-
si* Bibliothecâ visâque *Cantabrigia*, *Londini* ultra qua-
drantis anni spatium magnis artis medicæ mystis avi-
dissimè adhæsit. Dehinc per amplissimos Oceani Ger-
manici impetus *Hafniam* petiit, ubi Excellentissimo-
rum Medicorum, *Borrichii* & *Bartholini Jun.* usus est con-
versatione, quâ non leve studiorum incrementum
adeptus sibi gratulatur optimè.

Tandem per ejusdem maris sinus in Germaniam
rediit, & lustratis inferioris Saxoniae aulis, *Lipsiam* vi-
sitavit ; Usque dum anno jam fermè præterlapso, ad
Musas Jenenses rediret & continuatis egregiè studiis,
quantum modò fieri potuit, ad portum veniret, de fu-
turis honoribus sibi circumspiciens. Hos verò ut im-
petraret, non ita pridem Facultati Nostræ professus est
Nomen suum, & ad examina consueta admitti decen-
ter petiit. Quò factò, eruditionem suam Nobis suf-
ficienter probavit, ut hinc ipsi sub Præsidio C R A U-
S I A N O disputationem suam die XXIX. Maji publicè
habendi plenus fuerit datus consensus.


Huic

Ex. Huic panegyri solemnī ut Rector Magnificus,
Omnium Ordinum Professores, Doctores, Magistri,
& qui Medicinæ favent aut Cultores sunt, honorifi-
câ & gratissimâ præsentîâ interesse velint, sub sigillo
Facultatis decenter ac amicè rogitō. Dab. JENÆ,

A. O. R. M DC LXXXV.

MAII XXIV.

L. S.



QpCARD 201

© SUB GÖTTINGEN / GDZ | 2012/2013